# Ornatus t
## cum uariis

Non uirgines tantum aut uiduas sed et nuptas puta eciam omnes omnino feminas admonendas quod opus Dei et facturam eius et plasma adulterare nullo modo debeant adhibito flauo colore uel nigro puluere uel rubore aut quolibet lineamenta natiua corrumpente medicamine. Et subdit: manus Deo inferunt quando illud quod ille formauit reformare contendunt.

Cyprianus in libro de habitu uirginum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

eciam] et P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; plasma] psalma $V^1$ $V^2$; quolibet] quomodolibet P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; reformare] reformauit (*cor. sub et supra lin.*) B